

REGNUM MORTUORUM.

Nro. 45.

*Secretum litterarum commercium inter vivos
et vita finctos.*

Ad Mathusalemum.

Ex Mundo Sub'lanari.

Elysium. Memm. Die Veneris, 29 Junii 1810. (Nepos. 1. Junii. 1810.)

Quid? Vita 969 annorum? Talis Mathusalemus hodie nobis præsens esse deberet, qui tanta de rebus antea actis commentus sunt! mendacii arguendi perspicaciam memoriamque haberet.

Nongenti sexaginta & sex anni! — quid si quis Eruditorum, Historiographorum ipse tantam ætatem attingeret? quanta nobis nar-rando esset?

Verum suppetit nobis vir, cui nomen Hufeland, vir hic demonstravit: 200 annos summam hominis ætatem esse. Pulchra ætas! dummodo ita se haberet! — Scrutatores nostri in hoc argumento multa adnotarunt, multa animadvertere, quæ isthic summamim excerptere placet.

Nallum datur animal, cui eum quavis Climatis alimentique mutatione adeo facile conveniret quam homo; non tamen omni hæc in eum actio destituitur. — Per nat-uralem calidis regionibus temperantiam,

per facilitatem in iis vitæ subsidia absque molesto labore comparandi, per id, quod multæ vestium species, & solida habitacula supervacanea ibidem sint, curæ & cum iis mentis adflictiones obvelantur, quo fit: ut illæ regiones salubriores, proficientique populationi faventiores sint frigidis Zonis. Id quoque Itinerantes animadverterunt: Sub Tropicis Clima peregrinis, non vero Indigenis noxium esse, imo proles Europæorum ibi luci editæ prosperæ valetudinis esse.

Nigrity in oris Guinææ robustum & valens viribus hominum genus sunt, cui morbi ignoti; numerosam habent sobolem, sæpe fit, ut 200 omnes ex uno patre pluribus editæ matribus. — Quotannis 60 circiter mille mancipia exinde exportantur, nec exaggerate contenditur, ex tempore foedi Commercii mancipiorum ultra 18 milliones patriæ ereptos esse. — Regio nihilominus populosa est, salubrem proinde eam oportet.

Non tamen ætatem ferunt ibi homines. — vivunt velociter, pueri præcociter maturescunt — puellæ adhuc teneræ sunt, cum jam matres fiunt, — luxuria vires exhaurit, & continua evaporatio delassat, alimenta non roborant, adfectus destrunt. Pauci Nigrity 60 annum attingunt, & pierumque 40 anno ætatis seneciones sunt.

Asia quoque calida diurnæ vitæ non favet. Cum Sinarum Imperator Anno 1784. in toto suo Imperio eos conquiendos curaret, qui se seniores essent, Kekingum dese-

rendos, non plures 4 deprehendebantur, qui supra 100 annos numerabant, quatuor inter 333 milliones! — profecto Scotia nondum 2 mill. Incolas complectens eorum plures censeat.

Vice versa frigidae Zonae diuturnae vitae faventiores sunt, quam sanitati. In his morbi copiosiores, periculosiores, infantes cum primis juvenesque adficiunt. Ad vitam tolerandam plus laborandum & ad arcendum frigus, at ipsae illae primis aetatis annis homines depascentes, & populationem impediens Causae ad vitam diuturnam roborant eos, qui periculosos eos annos feliciter superavere. Exempla grandis aetatis praecipue Norvegia largitur. — Cum Anno 1734 Rex & Regina Danica Regnum peragrarent, in caeteris raro spectaculo triplicium nuptiarum recreati suat, inter 6 personas 600 ultra multum annos numerantes, initarum. In Diocesi Aggerhus. censebantur Anno 1763 parva 150 ante 80 ultra annos conjugatorum. Hos proin 300 homines plurima parte centenaria majores oportebat. In Diocesi Bergenensi Anno 1761 inter 2580 defunctos 13 erant Centum annorum, praeterea duae aetates 104 & 108 annorum.

Admodum intensus vero frigoris gradus aequae diuturnae vitae officit, in Islandia & Siberia raro usque 60—70 annum aetas producit. — Ex quo colligitur; temperatum Clima valetudini juxta & longevitati faventissimum esse; in Graecia & Italia humanum genus ad summam perfectionem venit. Ia

et mens quoque elegantissime se exolluit; et
extere Causa non impedivere. Qui proin
ibi Incol editus est, is beatus salim secu-
dum observatorum communem opinionem. —

In elevationis situs regionibus vivitur
diutius, quam depressus situs. Conferantur
in hoc argumento jura Helvetiæ, Scotiæ &c.
cum Hollandiæ, Flandriæ & Poloniæ. At hæc
elevatio non nimia esse debet. Incolæ Al-
pium moriuntur prius quam accolæ in valli-
bus habitantes. Helvetiæ altissima veteris
orbis regio est, raris tamen sæculis ex-
empla prebet Sæcia — Domorum quoque
situs ad diuturnioram vitam confert. Situs
versus meridiem aut ortum procul dubio in
nostro Climate optimus est. — Vicinia am-
plæ æquarum in illo commendatur, quod æ-
stium & frigus temperet, noxiosque vapores
absorbeat. — Oram maris accolere salubre
est, particulæ salis, quas mare evaporat, plan-
tis solam obant, contra hominibus prosunt.

Vicinia nemorum & saltuum noxia, et in
aliqua distantia fœtulentorum juvat. — Ele-
ctius territorium cave potissimum peludo-
sum. In genere calcareum aut sabulosum
saluberrimum est solo argilloso, quod pluviam
aquam retinet, ex quo fit, ut atmosphæram
frigidiorum humidiorumque efficiat.

Salutaris maritima aura, atmosphæram
repurgantes venti, & continuo æquiformis
temperies in genere Insularis diuturnioram
vitam sequuntur, quam eorum fratribus in
continenti, quæ ratio est, quod Insulæ ut M.

Britannia, in ratione suæ populationis plura exempla provectæ ætatis præbeant, ac Germania, Gallia &c.

Quod & quamobrem in urbibus habitatio multo insalubrior sit, quam ruri, res lippis nota & tensoribus est. Si villa præterea favente situ gaudeat, tum cum certitudine adfirmari licet, duntaxat omnem 35 aut 40 hominem ruri mori, interea quo amplis in urbibus 20 quisque aut 24 ad inania funera deportatur — hæc ratio: quod in America velox sit progressus populationis, quæ in quibusdam provinciis intra annos duplicatur. —

Sub Zona torrida editi plerumque male se adfectos sentiunt, dum ad frigidiores Zonam transponuntur, tanquæ acerbas querelas cient, quem ille Italus, qui contendebat: in Anglia, solem minus esse calidum, quam lunam in Italia. — Benigna accidit mutatio senioribus & ætate provectioribus ex frigido humidoque coelo, ad calidius & siccius transcurrentibus. —

Tales sunt, O ætate senioque venerande Methusalome! nostre expectantæ — continuo stupore repleti debemus, dum mille minus triginta uno anno te vitali hæc aura fructum legimus. — At sciendi curiosi ellentis: quando & quo ætatis imbecillitates tunc tui plerumque proprias tenueris? an multos voluptatis, & an moestos dies vixeris? utrum doloribus capitis, oeniorum, ventris vexatus fueris? an id genus ærumnæ seculæ cor-



pus exercuerint tuum? an te longa, ut Tithonum, senectus minuerit fregeritque? an temperate, aut luxuriose dies egeris? an adfectus amoris, an vis imaginationis, & animæ nimia mentisque adstrictio cor tuum arrosarit? An calorem fovente veste usus sis, calceatus aut discalceatus incesseris, parum labore vacaris, longo aut medico somno indulseris, an herbam medicam inveneris, quæ te tam grandævum efficeret? — Sane essent hæ momentosæ detectiones pro cunctis *Facultatibus*, verum tempus in perpetuum nobis eas obvelavit! —

Hodie non tamdiu, et fortassis nimio velociter & majore cum vitæ fructu viveamus. Pax in Continente quemlibet patremfamilias ad Patriachali similem vitam reduxit, quamquam Civilia imperia acrius ac ullo unquam tempore dominantur. Ea id supplendum habent, quod per religiosam obedientiam, ex qua conscientiosa disciplina exorta — injuriis temporum amissum est.

Gravis argumenti novitibus servire tibi nequeo, per eæ hodie rarsæ sunt, & Magnus Vir magis & portentosis eventis adeo nos jam asvescit, ut mens nostra, quasi indurata pro minoris momenti eventibus, pene nullum amplius gustum persentiscat. —

Amstelodamo die 29. Maji. Nostri pacis bucinatores nunc capite demisso incedunt; agendi rationes, quæ isthuc adversus Commertium Anglicanum & mercium & litterarum late intæque fuere, quosvis de pace rumores una

velut idu prostravere & evertere. — Id quoque fertur: Tractatus Parisiis in argumento permutationis Captorum bello, non eam, quam negotiatio pacis consequi posset, directionem accepisse; de præcanti convictissimo animo esse licet, Angliæ pervicaciam nec hilo leniorem redditam esse.

B I O G R A P H I A.

Mathusalem filius Henochii, & pater Lamechi, avusque Noemi ex genere Sethi — Natus erat Anno 2348 ante Xtum., vitæque 3317. A. X. excessit, ipso illo universalis orbis diluvii; ætatem itaque attigit 969 annorum — quæ summa ætas est, quam ullo unquam tempore aliquis mortalium attigit. Id quidem verum est: Scepticos hanc ætatem varia ratione explicare, quo conficere demonstrareque volunt, non annos tales illos fuisse ac hodie utimur, ast quam id perperam asserant, illucet facile. Aliqui videlicet eorum annos illos mentes fuisse volunt, quod falsum, cum hac ratione vix communis hodie vitæ anni prodirent, & tamen certum sit: Patriarchas ante & Postdiluvianos ex rationibus pluribus multo diutius vixisse & vivere debuisse ac hodie vivamus. — Alii annos non solares, sed lunares intelligendos existimant, sed hi hac sententia difficultatem haud solvunt, quippe cum annus lunaris parum in numero dierum a solari discrepet (dies 356 completitur h. 8., 48' 38'') quantula erit differentia! semperque magnus manet numerus annorum — quod si queras: quæ Causa sit tam diutur-

næ primorum Patriarcharum vitæ? ajo: plures & diversas nec eas improbabilis a' diversis assignari; alii tellurem recentem eorum juvenemque fuisse; nec tot, exhalationem noxiarum feracem adstruunt (at hoc assertum Physici negant) alii vitam nomadicam, temperantiam in Cibo potuque, moderationem animi, omnis, vitæ tantopere perniciosæ! affectionis: iræ, invidiæ &c. expertem, simplicem ab omni luxu & luxuria alienam vivendi rationem causam assignant; quæ quidem probat ætatem longam — mihi vero hæc omnium princeps Causa habetur: fuisse providentiam divinam ut homines pluribus Seculis viverent, ut in defectu adhuc litterarum res gestæ medio *traditionis* per paucas generationes ad posteritas deriventur. —

H y b e r n i a.

Dubio vacat: occidente Roma Christiana sacra Civilem Culturam restaurare cæpisse. — Profecto animadversione dignum est: Hybernos primos apud Germanos Evangelium propagasse: SS. Colomannus, Kilianus, Emeranus, Galus, Hyberni erant & primi in Germania Apostoli! — Anglia ipsa ab Hybernis litteras scripturamque docta, & Anno 800 Hyberni jam monetam euderunt — & hodie? —